



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LXXXVII. Fundamenta cius in montibus &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Cernens hostis ut erubescat inde.
Agnoscat simul & pudore victus
Quod me gratia diligit Iehoua.*

PSALMVS LXXXVII.

Fundamenta eius in montibus &c.

IOua domum posuit sibi fortis in monte Sionis,
Robore quam stabilit.

*Praez, Iacobe, tuis has portas sedibus, atq;
Tecta Sionis amat.*

*O urbem celebrem, resonant ubi dogmata vera, o
Castra dicata Deo.*

*Nota Rahab faciam, Babyloni et dogmata vera,
Ut sciat esse Deum.*

*Indigenis, Tyrios, Arabes, Maurosqz et Idumas
Annumerabo tuis.*

*Vrbs, quam Ioua struit, cui muros robore firmat,
Proferet omnigenas.*

*E variis terris populos, tot Ioua recensens
Seruat in arce Deus.*

*Alternisqz choris cantores pectore fundent
Carmina lata Deo.*

PSAL.